# Relatio.

Mandato S. R. M. Dni Dni nostri Clementissimi parentes actionem subsequentem in Nomine prepotentis DEI, cum Suetiois Commissarys aggressuri, absentibus ysden cum Comite Legardo tali ut sequitur modo instituimus. Cum Lrae S. R. M. Dni Dni nri Clementissimi mandatoriae Vltima May stylo nouo, propinquioris loci occasione mi Castelano Venden primo Szerwenti octiduo antè terminum redderentur ablegando per noctem Vilnam, Kozakos aliquod conducere curaui, posteroq; die iter in nomine DEI altissimi aggrediens, triduo ante Terminum Sma Jeny stylo ueteri ad confinia ppè locum pristini Tractatus perueni. Cum autem de aduentu Mag: Dni: Capnei. Derpatensis (qui similiter per dies noctesq; accelerabat) nihil mihi tunc temporis constaret, praesumens obseruationem accuratam termini ab aduersa parte, de praesentia mea, circa eundem terminum postero die instantem ad Legardum perscribendum, et aliquem ex Comitatu meo, nempè Generosum Dnum Fridericu Biringum certa ut sequitur Informatione ablegandum duxi: Rumor erat Legardum in arce Dalensi praesentem esse, certosq; Commissarios unà cum ipso in loco pristini Tractatus affore, Sed Legardus ipse sicut ex subsequenti colloquio patebat. Terminu ex parte nostra neglectum iri praesumens, discesserat, et in itinere ad Treidam uersabatur, quem cum ablegatus meus nec Dalae, nec Rigae inueniret. Schrafferus locum tenens uti appellatur Rigen, lras sibi reddi requisiuit, quas receptas per Cursores Continuos ad Legardum destinauit. Interuenit oportune, quod medium iam iter perficiens, Dnus Capneus Derpaten de discessu quoq; Legardi intellexisset, et cum nuncium suum ad eundem cum innotescentia praesentiae utriusq; nrum circa terminum ab ipsis propositu, et similiter à nobis attentandum, misisset, sic accidit, quod in itinere Legardus et lras meas, et nunciu Dni Capnei Derpatensis simul acceperit, perq; nuncium eundem à Dno Capneo Derpaten requisierit (si quidem eodem itineris ductu et Dnus Capneus perigeret, et Legardus rediret Rigam) ut in itinere colloqui possent. Annuit Dnus Capneus Derpatensis pro instantis negoty opportunitate, ut utrique nostrum imposterum in tentio eorum qualicunq; modo pro Tractatu instituendo melius pateret,

sicut et pro sua Dnus Capneus prudentia in accessu isto Legardi et certam tabernam, quam in itinere transire debuit nihil eorum prætermisit quæ pro instituto nostro necessaria esse videbantur, inscium tamen et ancipitem relinquens Legardum sciscitantem de rebus nostris, ut tanto magis et absq mora ad colloquium licet post Terminū à suis neglectum, pro bona tamen præ ardua huig Causæ dispositione sese utriq nostrum sisteret. Et si mandatori S. R. Mtis ad nos sit breui ante terminum peruenerint, contigit tamen quod et ipsum Legardum Dnus Capneus Derpaten præuenerit, et sic binis me is, quibg in itinere Legardus respondere distulit, Tertias cum deputato nostro Groso Dño Anrep (ut tanto ex actius postulatis eius de promittenda Plenipotentiæ Copia responderetur) adiunximus. Quæ fuerant per lrãs disceptationes ex Copÿs earundem, et Responsorÿs Legardi literatura signatis patet. In absentia istorum quos ante hac lrĩs suis ad Illmos D.D. Senatores Inclytæ Reipublicæ obtulerant, Sueci circa Terminū 1mæ Iunÿ Commissariorum Dnus Comes Legardus non Publica authoritate sed priuato promouendæ pacis zelo, ad sistendum se se nobis recepit. Conuenimus Decima Octaua noua et sic Octaua stylo ueri die Iunÿ, circa locū pristini Tractatus in prædio lo aliquo propinquo alicuius quondam Solderbach Comitatu quodammodo pari hora Octaua Matutina perducentes præuio diuini numinis adiutorio colloquium nostrum ferre usq ad Occasū solis, circa talia Capita, quæ subsequuntur. Principio Legardus aggredi negocium sibi non licere iurata obtestatione asseruit, nisi pateret, quo nomine publico, uel cū Commissarÿs Sueticis, si præsentes fuissent, uel cū ipso Conferre potestas nobis esset. Transÿt magna pars diei hac altercatione, frustra nobis asserentibus: Lrãs DD. Senatorum nostrorum ultimas sufficere, uidentes tandem nullum, imo funestum alias belli euentum, ex maioribus eorum, si nihil produxissemus scrupulis ad Lrãs S. R. Mtis D. Dñi nri Clementissimi prouocauimus. Videns Legardus et legens mandatum istud S. R. Mtis sic ingemiscens respondit: Si tale quid ante hac sperare potuissemus S. R. Mtem ipsius Uoluntate atq authoritate sua tractatum aliquem amplecti constituisse, Saluo tamen per oia iure suo, non fuisset necessarium ut tot anni cum sum

ptu laboreq inani transyssent. Sat declinauimus ostendere lras Mtis Regiæ
prouocantes ad ultimas DD. Senatorum, sed frustra. Disceptauimus per aliquot
horas, Legardus cuncta dependere a Mte ipsius asseruit, surgens recedere uo
lens, ita ut uel relinquere nobis negocium, uel S. R. Mtis Lras (quantumuis et
nos deliberantes recessérimus) ostendere opportuit. Stabilita nra per lras S.
R. Mtis. authoritate accusare ipsum incepimus: quod contra Publicam atque
Christianam fidem diffidationem post Ultimam Marcij quando non licuerat nec
ordine præscripto per Tubicinem ad Illmum Principem Radziuilum Campiductorem
tempestiuè promulgarint. Ad hæc quod ista diffidatio antè exitum Comi
tiorum nostrorum, ut habent initia lrarum istarum contra religiosas ab ipsis (qua
rum Castelanus Vendens. collega prioris Tractatus testis esse poterat) assertiones
instituerint ex sola diffidentia uel belli anticipandi, licet mala Conscien
tia, et ut fieri consueuit, dolendo exitu occasione, annihilantes ista omnia,
quæ Illmus Dnus Palatinus Mscislauen. concluserit S. R. Mti atque Inclytæ Reip:
contracta desuper firmata fide exposuerit. Excepit Legardus, quatenus ipsi
non competeret, quæstionem hanc aggredi, à futuris inposterũ Commissarijs disce
ptandam, adiecitque tamen hanc rationem et excusationem: quod literis et ipsius
Principis Gustaui et Senatorum Regni Sueciæ, iam ante Comitia tempestiuè si
gnificatum esset, si tractatus nullus, cuius causa Induciæ sancitæ essent, insti
tueretur, ex parte ipsorum easdem tanquam inanes obseruatas non iri, Cla
rigationem autem ex Regno Sueciæ per mare paulò post Terminum, quem nunc
expectatione aliquot Septimanarum repleret, dilatam esse. Nos quoque pactis
conuentis Induciarum per impedita Comertia certaque hostilitatis molimina (de
quibus Commissarij suo tempore acturi essent) contra uenisse. Refutauimus
exceptiones hasce friuolas ostendentes quatenus ex pacto superiorum tractatuũ
euentum Comitiorum nostrorum expectare ipsos opportuisset, remoratæ causas
Plenipotentiæ nos minimè afficere, sed currentes Inducias ni fidem Publicam
Christianam studiose uiolare uellent, obseruandas esse pactis conuentis Indu
ciarum nos minimè contrauenissent, ideòque diffidationem istam non subsistere
Sacrilegum contra fidem publicam ex parte ipsorum fore bellum, de quo nobis
uindictam Altissimi iustis pollicemur uictoris. Remissa est controuersia hæc
post multas disputationes, et nos subsequentem articulum aggressi sumus: non
licere illis publica fide obstante tractatus in armis minaces adiuncta sta
tim diffidatione, si non susciperentur, nobis obijcere, indicantes Comiti Le

gardo Cathegoricè: Si non Armis depositis uel in Suecia retentis pacis Tractatum Securo et tranquillo conatu aggrederentur nullum eiusdem fore initium, quin imo spe omni praeclusa falso pacis praetextu funestum ab ipsis bellum excitari. Exposuimus Legardo, quatenus Articulus iste Principalis esset, quem Tractaturi essemus publico nomine cum Commissarys Sueticis si adfuissent, sed quia ipsimet terminum praescriptum 1.mae Juny neglexissent, sic et hoc fundamento Clarigationem istam invalidam ãnique huius Inducias stabiles esse. Proposuimus ipsis, neglecto hoc termino alium circa finem Augusti, lris inhaerentes Illrm. D.D. Senatorum nostrorum, sed praecisè sub tali lege atque conditione, non in Armis alias belli optionem meritò praeualere. Sequentia hic simul concurrebant de apparatu ipsorum pro Tractatu pacis in Armis, deinde quod euentum Comitiorum nostrorum, pro eo ac Superiori Tractatu receperant non expectauerint, Declaratorias D.D. Senatorum nostrorum ex ipsis Comitys lras, erronea per diffidentiam clarigatione praeuenerint, Zelum promouendae pacis multoties iurata fide attestatum in apparatum Clandestinum armorum converterint, et quod nullam planè admittit excusationem: Nos ad Terminum Primae Juny prouocantes ipsimet non comparuerint. Respondere obiectionibus hisce Comes Legardus aliquatenus conatus est, nobis uero replicantibus, quo citius ad Scopum descenderemus, futuris ista Commissarys expostulanda reliquimus. Caeterum terminum circa finem Augusti non iri admissum à Principe suo multoties religiose attestando Legardus respondit, rationes lris ante hac ad Illrem D. Palatinum Mscislauien. expressas repetens: non esse ipsis tempus autumnale tutum neque Principiorum Consultum ut tempore tali pestisque contagione adeò Rigae ingrauescente ibidem subsisteret, et Tractatui absque armis hyeme Suecia exclusos pro nostro sese desiderio sat suspecto committeret. Sufficiet abundè, dixit Legardus, si tanquam pacis amator eò rem perduxero, ut Dnus meus in Suecia bellico apparatu quo in procinctu est remaneat, et ut reassumptis currentis Anni Induciys siquidem tempore post Septembrem autumnali, nullus Tractatus tuto à nobis absque armis admitti posset, Prima Juny Anno subsequenti talis Tractatus commode instituatur, sed subsequentes requiri Conditiones. Prima, ut quanta fieri posset celeritate de tali Tractatuum utrinque tempore modoque ad D. D. Principales nros, ita perscriberemus ut intra men

sem non solum declaratio, sed et legitima Plenipotentia (sine qua nihil sperā
dum) subsequeretur. Secunda unicum instituendi Tractatus fundamentū esse
S. R. Mtis Dni Dni nri Clementissimi Plenipotentiam eandemq; sufficientem esse
oportere, rebusq; gerendis conformem, sicut ex parte sua iuxta Communem re
ceptamq; iuris formulam secretiora Instructioni reservantes semper exibuis,
sent. Tales Plenipotentias neutri parti præiudicio esse, si quidem Instructio
rei gerendæ quasi anima esset, et Plenipotentia ipsa salui iuris clausula li
mitaretur. Exhibuit nobis hac occasione Copias quondam Plenipotentiæ
suæ, objciens quatenus nihil inveniatur pro aquirendo sibi aliquo iure no
stroq; infringendo præterquam ut fides duntaxat et authoritas Commis,
sariorum roboretur. Ad istam Comitis Legardi propositionem, quam pri
uato ut protestabatur nomine sat timide pro medio belli avertendi Iudicio
nostro committibat, sic respondimus: Ut de his circa finem Mensis Augusti
per Commissarios Regni et Magni Ducatg Lithæ ageretur. Renuit ille, et
ad Plenipotentiam semper inprimis S. R. Mtis, et Inclytæ Reipubi provocās,
Sanctèq; asserens quatenus nullo modo usq; ad finem Augusti initiumq; Se
ptembris negocium differri possit, et cum integrum diem à Matutino usq;
ad Serotinas Vesperas disceptando transegerimus, subsistere tandem con
clusio alia non poterat: quam ut ad S. R. Mtem D. D. nrum Clementissimū
nos, illi autem ad Principem Gustauum pro definita resolutione expedi
remus, circa subsequentia. Primo et ante omnia, ut nos ex parte nos
tra pro retinendis in robore currentibus Inducijs, ad secundi Anni Mille
simi Sexmi Vigesimi Septimi ad primū Iunij decursum extendendis Plenipo
tentiam S. R. Mtis. et Inclytæ Reipi uel nos duntaxat, si plures adesse
non possunt Commissarij acquireremus. Tempus aliud uel breuiq negocij
aggrediendi definiri non posse, Comes Legardus sic argumentabatur. Pri
mo actiones præsentis Anni per absentiam utrinq; Commissariorum, tempo
risq; angustiam imò et Contagionem pestiferam succedere nequeunt
Ergo futurus secundus requiritur annus, si etiam Congressus C
missariorum non in armis, sed pacate institui debeat, Ergo requ
ut Induciæ per istius Anni decursum in finem iuti euentus stabi
alias res ipsa dictitat, quod arma deponi et inhiberi nequeunt. O
nobis, quatenus ipsi per nos Inducijs Annuis spe ulteriorum Tractatuum
tur, sumptu ingenti exercitum alere, quem pro aliquod Mensium secu
soluere non possent. Si etiam pacis tractandæ studium cordi no

Vernale tempus et pro negotij Continuatione Anni ad minimum unius decursum requiri. Extorquere Conati sumus terminum istum circa finem Augusti Tractatuum: Respondit ille. Contrarium haec sunt: Armis depositis agere terminumque circa Septembrem ampleeti. Si autem admitteretur tractatus in armis irritusque subsequeretur Eventus, qualis inde hoc etiam Anno finis et Scopus, nisi belli funesti, quem debita pietate Christiana utrinque detestamur futurus esset. Recedentes deliberavimus nos qua Conclusione discedere possemus, et subsequente firmavimus, non quidem in scriptis sed sub fide Publica Christiana. Primo Legardus spopondit nil se hostille attentaturum per hebdomadas tres vel quatuor, donec utrinque Resolutio subsequeretur. Secundo pro felicio ri Principis Gustavi Circa praemissa in fine pacis resolutione, quod Johannes Vlricus Proconsul Rigensis, et quidem Secretarius Suetitus, absque mora in Sueciam destinandi essent. Tertio ut nos hic in Confinibus Churlandiae subsistentes, resolutionem S. R. Mtis et Inclytae Reip: cum prolongandarum Induciarum Plenipotentia praestolaremur. Quarto ut ex parte similiter nostra nil hostile ante resolutines istas inseituatur, sed omnia Publi: privatimque in pristino currentium Induciarum statu relinquatur. Haec sunt Capita primi Congressus et Colloquij nostri, declarationem S. R. Mtis D. Dni Clementissimi submissa observantia praestolantes. Et ut miserator Deus Coeli terraeque pro arduam hanc Causam ad Nominis sui gloriam, S. R. Mtis dignitatem, et Inclytae Reip: tranquillitatem dirigat ardentissimis votis precamur. Expedita est haec relatio in praedio Baldonen 20 Junij Stylo novo Anno 1625

Relatio gestorum cum Commissarijs Suedicis 20 Junii 1625
M